Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



394.

elegi vos et posui vos
ut eatis et fructum affer
atis et fructus vester maneat.

Secreta. Clare sacrificium

Postcommunio. Jam non dicam vos servos quia servus nescit quid faciat dominus eius. Sed dixi vos amicos quia omnia quecumque audivi a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat.

Secreta. Clare sacrificium

Postcommunio. Hec mando vobis ut diligatis invicem. Si mundus vos odit scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuisset mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis sed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus. Memento verbi mei quod ego dixi vobis non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt et vos persequentur. Si sermonem meum servaverunt et vestrum servabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum quia nesciunt eum qui me misit. Si non venissem et locutus fuissem eis peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent. Nunc autem viderunt et odierunt